Quelle: http://manuscripta.at/?ID=922
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ras dominus papa non potuit. sed sic intra
se et regem Lotharium conduxerant
Romam ei occurrit. et uix tandem ex ercitu
in Lateranense palatium deductus est.
Multi quoque ex nobilibus Romanis
fideles ecclesie eum honorifice su-
sceperunt. Verum Petrus Leonis non
ponens dominum adiutorem suum. sed
fidatus atque fretus paterna malicia in edi-
cioribus et tutioribus turribus ma-
nens. Lotharium ludificauit intu-
ite. et uirtutem dicens suis. congressus
publicos. nec sibi securitatis sue
fretum prelium. nec causas conflictibus ho-
stibus dedit. sed tamen liberum eorum dis-
cursum machinis superioribus et ob-
staculis uariis impediuit. Vita-
uit quoque obstinatissime imperatoris
colloquium. nec minis non blandi-
mentis flexus est. nec de statu
suo consilium cuiuslibet persone ad-
misit. Relicto igitur Rome inno-
centio. alias imperator digre-
ditur. Petrus uero post eius discessum cere-
bros mouens per urbem excursus
fidelium edibus inhiabat. Intel-

ligens igitur Innocentius Roma sibi in-
fructuosam eo tempore moram. ne pre-
sentia sua illius bestie rabiem effera-
ret. rursus Pysas reuertitur. ibique
aggregatis toti occidentis episcopis. ali-
isque religiosis uiris. magne glorie
synodus celebratur. Affuit per omnia
et consiliis et iudiciis et diffinitioni-
bus omnibus sanctus abbas. impendebaturque
ei reuerentia ab omnibus. et excuba-
bant ante eius limina sacerdotes. non
quod fastus. sed multitudo communem
prohiberet accessum. et aliis egredientibus
alii introibant. ita ut uideretur uir
humilis et nichil sibi de his honori-
bus arrogans. non esse in parte solli-
citudinis. sed in plenitudine po-
testatis. Actiones concilii longum
est prosequi. summa tamen in excommuni-
catione Petri et irregressibili fac-
torum eius deiectione consistit. et usque
hodie sententia perseuerat.

Soluto concilio ad reconcili-
andos Mediolanenses do-
minus papa abbatem Claraeuallen-
sem. quem multis supplicationi-